Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quanta sit obligatio Sigilli, Cap. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

voluntate, qua aliquo tandem modo intenditur abſolutio ſacramentalis, fit, ut cognitio ratione illius conquiſita, non niſi ex vi Sacramenti conquiſita cenſeatur.

CAPVT II.

Quanta ſit obligatio Sigilli.

1 TAnta eſt, ut in nullo prorſus caſu, etiam ob ſuam Confeſſoris *a* juſtam defenſionem, etiam ob quodcumque pœnitentis bonum, niſi ex ejuſdem pœnitentis (utpote in cujus favorem inducta eſt) expreſſo, liberoque conſenſu, violari poſsit,

a De Lug. de pœn. p. 23 *ſec* 5. *n.* 15.

2 Violatur autem abſque dubio ſi de auditis in confeſsione Confeſſor ſermonem miſceat cum altero à pœnitente; nam ſi de iiſdem, cum eodem pœnitente colloquatur; dicam

cap. 5. conſenſus inſuper expreſ-
ſus b eſſe debet, ſive verbo detur,
ſive facto ; facto c inquam, quod
conceſsioni actuali æquipolleat,
quale eſſet ſi pœnitens extra
confeſsionem inciperet loqui
de re allata in confeſsione : poſ-
ſes enim & tu proſequi , cum
ipſum incipere, ſit expreſſa con-
ceſsio. Quare non ſufficit tibi
perſuadere auditorum notionem
minus ingratam fore pœnitenti,
id enim retardaret à confeſsio-
ne; cum poſsit ſemper ineſſe ti-
mor, ne confeſſarius arbitretur
id eſſe mihi gratum, quod ingra-
tiſsimum eſt. Liber d item
conſenſus eſto : non ergo dolo,
non minis, non metu reveren-
tiali extortus; nam ſecus perin-
de eſſet, in ordine ad mores ; ac
ſi nullus aſſenſus præceſsiſſet.
Quemadmodum autem liberum
eſt pœnitenti licentiam conce-
dere revelandi; ſic & conceſſam,

b *Fagund. 2. Eccl. præc. c. 16 §. 1. n. 14. aliique mox cit.*

c *Bon de pœn. d. 5. q. 6. ſect. 5 p. 4. n. 10.*

d *Idem & Henr. l. 3 de pœn. c. 13. n. 4.*

cum

cum libuerit, revocare *e* libe-
rum eidem eſſe, non eſt ambi-
gendum.

3 Si cujuſpiam, immo Regi[s]
extremum urgeat diſcrimen; pa-
tefacere non licet criminoſum
pœnitentem. Solùm, inſtante
gravi alicujus periculo, potes,
&, juxta caritatis regulas; a-
ſtringeris generatim admonere
eum, ad quem pertinet, modo
non ſubſit periculum quidpiam
contra pœnitentem ſuſpicandi.
Quod autem arcendus ſit pœni-
tens ab abſolutione, niſi ſi poſ-
ſit, obviet per ſe, vel per alium
ſimilibus periculis; pro certo
Prudens dico (pœnitens) nam
utrum Confeſſario incumbat [illegible]
ſe, ex licentia pœnitentis, ſuſci-
pere ejuſmodi onus obvian-
di; in ſuperioribus *f* diſputavi-
mus.

4 Præterea ſi de peccato no-
to in confeſsione, vel à ſupremo
ipſo judice interrogeris; illud
nega[re]

e Sà genuinus v. Confeſſor n.32. ex purg. n 30. Pag. l 4. n 18. Laym. l.5. tr.6 c.14. n.16.

f Sup. l.3. c.9. §. 4.

negare etiam cum juramento, intellecta aliqua mentis reſtrictione, g potes, & debes: quamvis ſine ulla omnino reſtrictione interna, loqui jubeat, qui interrogat. g *Doct. cit. & paſſim.*

5 Denique ſi Confeſſor fortè peccavit, dum alicujus Confeſſionem excepit, nec poſsit ejuſmodi ſuum errorem confiteri, niſi ſuo pœnitente, poteſt, obligaturque non integrè confiteri: enarret cætera peccata, ſileat de hoc, donec detur copia Confeſſoris, qui pœnitentem non cognoſcat; arctiorem enim obligationem inducit Sigillum, quod bonum univerſale ſpectat, quam integritas materialis Confeſſionis.